

positum pervenit etiam ad praefecturam urbis (V 6980). — 1) In Hispania fuit legatus iuridicus.

1022 [cum?] imp. Caesar Nerva Traianus [Aug. Germanicus] | Dacicus gentem Dacor. et regem Decebalum | bello superavit; sub eodem duce leg. pro pr.¹, ab | eodem donato hastis puris VIII vexillis VIII | coronis muralib. II vallarib. II classicis II | auratis II², leg. propr. provinciae Belgicae, leg. leg. I | Minerviae, candidato Caesaris in praetura | et in tribunatu pleb., quaestori provinciae | Achaiae, IIII viro viarum curandarum. | Huic senatus auctore imp. Traiano Aug. | Germanico Dacico triumphalia ornament. | decrevit statuamq.³ pecun. public. ponend. censuit.

Romae, rep. esse dicitur in Caelio monte (VI 1444 vidit Henzen). — Ad Lici-nium Suram, amicum Traiani, qui fuit consul iterum a. 102, consul tertium a. 107, rettulit Borghesius opp. 3 p. 55 seq., probabiliter. — 1) Cf. Mommsen Staatsr. II³ p. 855 not. 5. — 2) Bis videtur donis donatus esse, scilicet post utrumque bellum Dacicum, nam ob expeditiones singulas IIII hastis IIII vexillis IIII coronis plura non dabantur. — 3) Cf. Dio 68, 43.

1023 | potes | senatus supplicationes dis immortalib.. i[psi aute]m a[u]c[tore] | imp. Caes. Nerva Traiano Aug. Germ. Dacic. senatus ornament. | triumphal. decr. statuamq.¹ in foro Aug. ponendam censuit.

Romae, fragmentum basis (VI 1586 ad exempla duo non optima saec. XVII). — Ad Cornelium Palmam, qui, cum esset legatus Syriae, a. fere 107 Arabiam ad imperium Romanum adiunxit, rettulit Borghesius ann. inst. 1846 p. 542, opp. 5 p. 51. — 1) Cf. Dio 68, 46.

1024 C. Iulio P. f. Hor . . . | Cornuto Tertul[lo]¹ | cos.², proconsuli provinci[ae Asiae], | proconsuli provinciae Narbo[nensis], | legato pro praetore divi Traiani [Parthici] | provinciae Ponti et Bith[yniae]³, | eiusdem legato propr[actore] | provinciae Aquitani[ae] c[e]nsu[um] | accipiendo rum⁴, cu[ra]to[ri] viae] | Aemiliae, praefecto aerari Sa[nu]r[ni]⁵, | legato pro praetore provinciae] | Cretae et Cyrenarum, a[d]l[eg]e[cto] | inter praetorios a divis Ves[pasiano] | et Tito censoribus, aedili Ce[riali], | quaestori urbano, | ex testamento | C. Iulius Pla[n]cius⁶ Varus Cornutus . . .

In agro Romano prope vicum La Colonna (XIV 2925 semel descripta saec. superiore). — 1) Est Cornutus Tertullus saepe memoratus a Plinio iuniore (cf. Mommsen ind. Plin. p. 414). — 2) Consul fuit suff. a. 400 una cum Plinio. — 3) In hoc munere videtur fuisse successor Plinii cf. Mommsen Herm. 5 p. 97 not. — 4) Cf. Mo. Staatsr. II³ p. 1092 not. 5. — 5) Praefectus aerarii factus est a Nerva, una cum Plinio (Plin. ep. 5, 44, 5, paneg. 90). — 6) Pl. Anicius traditur (correxit Cichorius, cf. Tac. hist. 2, 63).

1025 L. Roscio M. f. Qui. | Aeliano Maecio | Celeri | cos.¹, procos. provinc. | Africae, pr., tr. pl., quaest. | Aug.², Xvir. stlitib. iudic., | trib. mil. leg. IX Hispan. | vexillarior. eiusdem | in expeditione Germanica³, | donato ab imp. Aug. | militarib. donis corona | vallari et murali, vexillis |